

**BOLETIN ECLESIASTICO**

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA.

Esta publicacion oficial, que solo se hace para las Iglesias y Párrocos de la Diócesis, saldrá dos veces al mes en los días que el Prelado dispusiere. Las reclamaciones se dirigirán á la Secretaria de Cámara del Obispado.

El jubileo concedido por Su Santidad para el presente año, y que anunciaremos en el número siguiente del Boletín eclesiástico, es semejante al que se publicó en 1846 por las siguientes letras apostólicas.

LITERAE APOSTOLICAE

QUIBUS INDICITUR IVBILAEVM VNIVERSALE

AD IMPLORANDVM DIVINVM AVXILIVM

VNIVERSIS CHISTIFIDELIBVS PRAESENTES LITTERAS INSPECTVRIS SALVTEM
ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Arcano divinae Providentiae consilio ad Apostolicae Sedis fastigium nil tale merentes evecti, probe novimus in quantas inciderimus rerum ac temporum difficultates, ut divino subsidio maximopere indigeamus ad arcendas a dominico grege ubique latentes insidias, ad Catholicae Ecclesiae res pro Nostri muneris officio relevandas, componendas. Quapropter assiduis huc usque precibus non destitimus obsecrare Misericordiarum Patrem, ut infir-

mas Nostras vires sua virtute roborare, et lumine sapientiae suae mentem Nostram illustrare velit, quo commissum Nobis Apostolicum Ministerium rei Christianae universae bene ac feliciter eveniat, et compositis tandem fluctibus Ecclesiae navis a diuturna tempestatis iactatione conquiescat. Quoniam vero, quod commune bonum est, id communibus etiam votis postulandum, omnium Christifidelium excitare pietatem decrevimus, ut coniunctis Nobiscum precibus Omnipotentis dexteræ auxilium impensius imploremus. Atqui exploratum illud est, gratiores Deo futuras hominum preces, si mundo corde, hoc est animis ab omni scelere integris ad ipsum accedant, idcirco sequuti etiam exemplum Praedecessorum, Nostrorum, qui in Pontificatus primordiis idipsum praestiterunt, caelestes Indulgentiarum thesauros dispensationi Nostrae commissos Apostolica liberalitate Christifidelibus reserare constituimus, ut inde ad veram pietatem vehementius incensi, et per Poenitentiae Sacramentum a peccatorum maculis expiati ad Thronum Dei fidentius accedant, eiusque misericordiam consequantur, et gratiam invenient, in auxilio opportuno.


Hoc Nos consilio Indulgentiam ad instar Jubilaei Orbi Catholico denunciamus. Quamobrem de Omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi ex illa ligandi ac solvendi potestate, quam Nobis Dominus licet indignis contulit, universis ac singulis utriusque sexus Christifidelibus, in alma Urbe Nostra degentibus, vel ad eam advenientibus, qui Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, et Sanctae Mariae Maioris Basilicas, vel earum aliquam

a secunda Dominica Adventus nimirum a die sexta Decembris inclusive, usque ad diem vicesimam septimam eiusdem mensis pariter inclusive, quae est dies festa Sancti Joannis Apostoli bis visitaverint intra tres illas hebdomadas, ibique per aliquod temporis spatium devote oraverint, ac quarta, et sexta feria, et Sabbato unius ex dictis hebdomadibus ieiunaverint, et intra easdem hebdomadas peccata sua confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum reverenter susceperint, et pauperibus aliquam oleemosynam, prout unicuique devotio suggeret, erogaverint, ceteris vero extra Urbem praedictam ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de illorum mandato, et ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad illorum notitiam hae Nostrae pervenerint, designandas, vel earum aliquam spatio trium similiter hebdomadarum per eosdem una cum Ecclesiis stabiliendarum bis visitaverint, aliaque recensita opera devote peregerint, plenissimam omnium peccatorum Indulgentiam, sicut in anno Iubilaei visitantibus certas Ecclesias intra, et extra Urbem predictam concedi consuevit, tenore presentium concedimus atque indulgemus.

Concedimus etiam, ut navigantes, atque iter agentes quum primum ad sua se domicilia receperit, operibus suprascriptis peractis, et bis visitata Ecclesia Cathedrali, vel Maiori, vel propria Parochiali loci ipsorum domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint et valeant. Regularibus vero personis utriusque sexus etiam in claustris perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscumque

tam laicis, quam saecularibus, vel regularibus in carcere aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui memorata opera, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut illa Confessarius ex actu approbatus a locorum Ordinariis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque iniungere, quae ipsi poenitentes efficere possint cum facultate etiam dispensandi super Communionem cum pueris, qui nondum ad primam Communionem admissi fuerint, pariter concedimus atque indulgemus.

Insuper omnibus et singulis Christifidelibus Saecularibus, et Regularibus cujusvis Ordinis et Instituti, etiam specialiter nominandi, licentiam concedimus, et facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam Saecularem, quam Regularem ex actu approbatus a locorum Ordinariis (qua facultate uti possint, etiam Moniales, Novitiae, aliaeque mulieres intra claustra degentes, dommodo Confessarius approbatus sit pro Monialibus), qui eos ab excommunicationis, suspensionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, et censuris a iure vel ab homine quavis de causa latis, vel inflictis praeter infra exceptas, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, et delictis quantumvis gravibus et enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, et Sedi Apostolicae speciali licet forma reservatis, et quorum absolutio alias quantumvis ampla non intelligeretur concessa, in foro conscientiae, et hac vice tantum absolvere, et liberare valeant; et insuper vota quaecumque etiam iurata, et Sedi Apostolicae reservata (cas-



titatis, religionis, et obligationis, quae a tertio acceptata fuerit, seu in quibus agatur de praeiudicio tertii semper exceptis, quatenus ea vota sint perfecta et absoluta, nec non poenalibus, quae praeservativa a peccatis nuncupantur, nisi commutatio futura iudicetur eiusmodi, ut non minus a peccato committendo refrænet, quam prior voti materia) in alia pia et salutaria opera dispensando commutare, iniuncta tamen eis, et eorum cuilibet in supradictis omnibus poenitentia salutari, aliisque eiusdem Confessarii arbitrio iniungendis.

Concedimus insuper facultatem dispensandi super irregularitate ex violatione Censurarum contracta, quatenus ad forum externum non sit deducta, vel de facili deducenda. Non intendimus autem per praesentes super alia quavis irregularitate sive ex delicto, sive ex defectu, vel publica, vel occulta, aut nota, aliaque incapacitate, aut inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super praemissis dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae, neque etiam dérogaré Constitutioni cum appositis declarationibus editae a fel. rec. Benedicto XIV Praedecessore Nostro «*Sacramentum Poenitentiae*» quoad inhabilitatem absolvendi complicem, et quoad obligationem denunciationis, neque easdem praesentes iis, qui a Nobis, et Apostolica Sede, vel aliquo Praelato, seu Iudice Ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti; seu alias in sententias, et censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum trium hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint ullo modo suffragari posse

aut debere. Quod si intra praefinitum terminum iudicio Confessarii satisfacere non potuerint, absolvi posse concedimus in foro conscientiae ad effectum dumtaxat assequendi Indulgentias Iubilaei, iniuncta obligatione satisfaciendi statim ac poterunt.

Quapropter in virtute sanctae obediendae tenore praesentium districte precipimus, atque mandamus omnibus, et quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, et Officialibus, vel ipsis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut cum praesentium Litterarum transumpta, aut exempla etiam impressa acceperint, illa, ubi primum pro temporum, ac locorum ratione satius in Domino censuerint per suas Ecclesias ac Dioeceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, et loca publicent, vel publicari faciant, populisque etiam Verbi Dei praedicatione, quoad fieri possit, rite preparatis, Ecclesiam, seu Ecclesias visitandas, ac tempus pro praesenti Iubilaeo designent.

Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, et facultatum huiusmodi concessionibus, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari possint nec non regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, et Congregationum, sive Institutorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Litteris Apostolicis eisdem Ordinibus,

Congregationibus, et Institutis illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu alia quaevis expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, ac formam in iis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, et expresse ad effectum praemissorum, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem praesentes Nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut praesentium transumptis, vel exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, ubicumque locorum, et gentium eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo piscatoris die XX mensis novembris anno MDCCCXLVI pontificatus Nostri anno primo.

A. CARD. LAMBRUSCHINI.

Declaracion de la S. C. de Ritos que debe regir en las iglesias de Conventos suprimidos.

DE CÓDOVA.—Extinguidas desgraciadamente en Espa-

CORDUBEN.—Quum á pluribus annis in Hispania Com-

ña hace bastantes años las Comunidades regulares de varones y habiendo, sin emgargo, permanecido destinadas al culto divino muchas de sus iglesias, usándose todavía el Directorio ó Calendario de la órden respectiva, especialmente en aquella donde sirven como capellanes Religiosos de la misma Órden, el Rmo. D. Juan Alfonso de Alburquerque, Obispo de Córdova, para terminar las cuestiones que con harta frecuencia suelen originarse entre los Regulares y los Sacerdotes seculares, sobre qué Misas deben celebrarse en tales iglesias, tuvo por un deber de su cargo pastoral pedir á la Sagrada Congregacion de Ritos la solucion de los siguientes dubios.

Dubio I. ¿Si en la iglesia de un Convente extinguido, para la celebracion de la Misa. tanto por el Clero secular, como por los Regulares áun de la la misma Órden á que

munitates hominum Regularium miserè extinctæ fuerint, sed nihilominus multæ eorum Ecclesiæ divino cultui destinatæ remanserint, et in iis Directorium seu Kalendarium respectivi Ordinis adhuc adhibeatur, præsertim in illis quibus uti cappellani inserviunt Religiosi ejusdem Ordinis, Reumus. Dominus Joannes Alphonsus de Alburquerque, Episcopus Cordubensis, ad dirimendas quæstiones, quæ sæpius oriuntur inter Regulares et Sacerdotes seculares circa Missarum celebrationem in hujusmodi Ecclesiis, pastoralis sui muneris esse duxit á Sacra Rituum Congregatione sequentium Dubiorum solutionem humillimè efflagitare.

Dubium I. ¿An in Ecclesia Cœnobii extincti ad celebrationem Missæ tam á Clero seculari, quam á Regula-

el Convento pertenecia, se haya de conservar el Calendario de la Órden ó usarse del Calendario diocesano?

Dubio II. ¿Si ha de guardarse la misma regla áun en la Iglesia, cuyo Capellan servidor es Religioso de la Órden á que dicha iglesia pertenecia?

Dubio III. ¿Si en las festividades del Santo titular de la Iglesia, ó del Convento, y del Santo Fundador de la Órden á que la iglesia pertenecia, se pueden celebrar las Misas de tales festividades ocurrentes, aunque por el Calendario diocesano se señale otra fiesta?

La Sagrada Congregacion de Ritos, pues, en sesion ordinaria celebrada hoy en el Vaticano, dada cuenta por el infrascrito Secretario, despues de un diligente exámen de todo, acordó responder:

ribus etiam ejusden Ordinis ad quem Cœnobium pertinebat, retinendum sit Kalendarium Ordinis, vel assumendum Kalendarium Diœcesanum?

Dubium II. ¿An eadem regula servanda sit etiam in Ecclesia, cujus Cappellanus inserviens est Religiosus Ordinis, ad quem illa pertinebat?

Dubium III. ¿An in festis Sancti titularis Ecclesiæ, vel Cœnobii, et Sancti Fundatoris Ordinis ad quem Ecclesia ipsa pertinebat, possint Missæ celebrari de festo isto occurrente, quamvis in Kalendario Diœcesano aliud festum occurrat?

Sacra porro Rituum Congregatio in Ordinariis comitiis ad Vaticanum hodierna die coadunata, referente subscripto Secretario, omnibus acuratè perpensis, rescribendum censuit:

Al I. *Negativamente á la primera parte: afirmativamente á la segunda.*

Al II. *Está resuelto en el anterior.*

Al III. *Solamente en la festividad del Santo titular de la Iglesia, pero no en la del Convento.*

De este modo respondió la S. Congregacion. Dia 20 de Diciembre de 1864.—C. *Obispo de Porto y Santa Rufina, Cardenal Patrizi*, Prefecto de la S. C. de R.—D. *Bartolini*, Secretario de la S. C. de R.

Ad I. *Negativè ad primam partem: affirmativè ad secundam.*

Ad II. *Provisum in præcedenti.*

Ad III. *In festo dumtaxat Sancti Titularis Ecclesiæ. non verò Cænobii.*

Et ita rescripsit. Die 20 Decembris 1864.—C. *Episcopus Portuen. et S. Rufinæ, Card. Patrizi*, S. R. C. Præf.—D. *Bartolini*, S. R. C. Secretarius.

CONFERENCIA MORAL PARA EL 27 DE ABRIL.

¿Quid est votum, et quæ ejus præcipuæ divisiones?
¿Suntne vota Romano Pontifici reservata? ¿Quæ requiruntur ad reservationem? ¿Quando Episcopus potest in illis dispensare? ¿In tribunali pænitentia potest aliquando fieri dispensatio?

CONFERENCIA MORAL PARA EL 18 DE MAYO.

¿Quid et quotuplex est finis? ¿An homo debeat agere propter aliquem finem, et actus humanus bonitatem vel malitiam sumat a fine?

S. M. la Reina (Q. D. G.) se ha dignado nombrar Caballero Comendador de la Real y distinguida Orden de Carlos III al Señor Dr. D. José de Colsa y Pando, Canónigo Doctoral de esta Santa Iglesia y Provisor y Vicario general del Obispado. Cuantos conocen sus méritos y servicios no podrán menos de aplaudir la gracia con que S. M. ha querido premiarlos.

S. E. I. ha visto con satisfaccion que en la villa de Vitigudino se ha instalado una Conferencia de San Vicente de Paul de Señoras, que con caritativo celo se dedican al socorro de los necesitados. Tan noble ejemplo es digno de ser imitado por las de otras poblaciones de análogas circunstancias.

Continúa la lista de los donativos hechos en esta diócesis á favor del Sumo Pontífice.

	Rs. Cént.
<i>Suma anterior.. . . .</i>	127.748 89
El Párroco de Santivañez de la Sierra.	40

El de San Mateo de Salamanca.	30
El de Egeme, por febrero.	10
El de Carbajosa de la Sagrada.	19
El de Calvarrasa de Abajo.	100
El de Horcajo Medianero.	20
D. Miguel Flores, de Chagarcia.	10
El Párroco de Ciperez.	20
El de Berrocal de Salvatierra.	12
El de Espino de la Orbada.	40
TOTAL.	<u>128,049 89</u>

Continúa la suscripcion para socorrer las desgracias causadas por las inundaciones de Valencia.

	Rs.	Cént.
<i>Suma anterior.</i>	1.473	19
El Párroco de San Mateo de Salamanca.	20	
El Párroco y feligreses de Villarmuerto y Villargordo	108	07
El Párroco de Garcihernandez.	20	
Gerónima Santos, de id.	5	
D. ^a Rosa Martin, de id.	2	
Cirilo Garcia, de Arapiles.	1	
Manuel Andrés, de id.	1	
El Párroco de Calvarrasa de Abajo.	20	
El Ecónomo de Sancti-Spiritus de Salamanca.	10	
D. Bernabé Gonzalez, Presbítero.	10	
Teresa Martin, feligresa de Sancti-Spiritus.	5	
El Párroco de Horcajo Medianero.	20	
Matías Gomez, de id.	9	
El Ecónomo de Chagarcia.	10	

El Párroco y feligreses de Gema.	30
El Párroco de Ciperez.	15
El Párroco y feligreses de Berrocal de Salvatierra.	43
El Párroco de Espino de la Orbada.	40
	<hr/>
TOTAL.	1867 26
	<hr/>

AVISOS.

1. Ha sido nombrado por S. E. I. Visitador de los Conventos de Religiosas de esta Diócesis, D. Pablo Alonso, Canónigo de la Santa Iglesia Catedral.

2. Un celoso Sacerdote ha entregado á S. E. I. un ejemplar del *Sumario de las indulgencias del Ave Maria del millon*, hoja suelta impresa en esta Ciudad, que anda en manos de algunas personas piadosas. Como se haya impreso sin licencia del Ordinario, y todo induzca á creer que las tales indulgencias son supuestas, los Párrocos y Capellanes de Religiosas cuidarán de advertirlo así á las personas que tuviesen dicho ejemplar para que no se abuse de su sencillez.

3. Se recuerda á los Señores Párrocos y Ecónomos la prevencion hecha en años anteriores respecto á la conduccion de los Santos Oleos.

4. S. E. I. celebrará de Pontifical el dia 1.º de pascua de resurreccion, dando despues de la misa la solemne bendicion Papal con indulgencia plenaria á todos los fieles allí presentes, que habiendo confesado y comulgando rogaran á Dios por la intencion de Su Santidad.

5. En el segundo dia de pascua de resurreccion predicará S. E. I. en la Santa Basílica Catedral.

Lista de los pobres agraciados para el ropon y limosna de Jueves Santo.

NOMBRES.	PARROQUIA Ó PUEBLO.
1 José Manzano.	San Blas de Salamanca.
2 Esteban Honorato.	Id. id.
3 Manuel Calvo.	Santísima Trinidad, id.
4 Vicente Hernandez.	Santiago, id.
5 Antonio Gonzalez.	Sancti-Spiritus, id.
6 David Garcia.	Id. id.
7 Sebastian Garcia.	San Cristobal, id.
8 Bernardo Lopez.	Sto. Tomás Cantuariense, id.
9 José Delgado.	Cojos de Robliza.
10 Gregorio Gimenez.	San Pedro, Alba.
11 Francisco Hernandez.	Beleña.
12 Juan Villanueva.	Forfoleda.

Los Señores Párrocos respectivos se revirán avisar á los interesados para que se presenten en el Palacio Episcopal el Miércoles Santo á las once de la mañana á recibir instrucciones.

CIRCULAR recomendando la adquisicion de unas fotografias en favor del Dinero de San Pedro.

Una Comision formada en la parroquia de Sta. María Magdalena de Roma para promover la expencion de ciertas fotografias de un cuadro de gran mérito, en favor de la obra llamada *Dinero de San Pedro*, para ayuda de las necesidades del Sumo Pontífice, ha dirigido á Su E. I. el Obispo mi Señor, por si tenia á bien se publicase en esta Diócesis, la siguiente Circular:

«EL DINERO DE SAN PEDRO.—En medio de las agitaciones que trastornan á la sociedad, la Divina Providencia, para manifestar á los hombres que la virtud no es un nombre vano, ofrece de cuando en cuando ejemplos admirables de caridad, muy propios para confundir los errores y las preocupaciones del siglo. Uno de estos ejemplos es el *Dinero de San Pedro*, obra contra la cual han declamado tanto los partidarios de una falsa política. Es inútil detenerse en refutar los sofismas, con los cuales han procurado contrariar esta sublime aspiracion de la piedad católica para con el Padre comun de los fieles. Los hechos son más elocuentes que las palabras. En la guerra inícuca que hace algun tiempo los enemigos de la Iglesia le han declarado, no han perdonado medio para arrancar de su seno á sus amados hijos; las violencias, las seducciones; pero todo ha sido inútil y se han visto brillar por todas partes los testimonios de una adhesion la más sincera y generosa para con la persona sagrada del Vicario de Jesucristo. Por medio del vicio y de una libertad desenfrenada, estos mismos enemigos han pretendido embrutecer los pueblos; pero estos, todos, como de comun acuerdo, se han apresurado á socorrer las necesidades del Soberano Pontífice, y demostrar con esto cuán vivo está en los corazones este sentimiento moral y religioso, que resiste á todas las fuerzas de la tierra.

Tambien han pretendido volver á nuestro siglo egoísta, avaro y concentrado todo en los intereses materiales; mas, cuando ellos se han atrevido á atacar al Jefe venerado de la Iglesia y á despojarlo de sus Estados, un grito de indignacion se ha levantado de todas las partes del glo-

bo y los corazones animados de la caridad más ardiente han ofrecido con gusto, los unos sus bienes para socorrerlo, y los otros su vida para defenderlo. Y ahora que se considere el espectáculo que presenta la Iglesia en medio de un mundo pervertido. En este todo es discordia, sospecha, avidéz y violencia, mientras que la obra eminente católica del *Dinero de San Pedro* revela una voluntad llena de concordia y de inteligencia entre los pueblos más diferentes en su raza y en su clima; y esta voluntad es tan activa y tan desinteresada, que les lleva hasta privarse de los objetos más preciosos y más necesarios.

Aquí todo se saca por la fuerza, allí todo se ofrece espontáneamente; aquí se impone por el temor, allí se dá por afecto: aquí los tesoros son insuficientes para satisfacer la avaricia, allí el óbolo del pobre y de la viuda, dado con amor y con alegría, se multiplica para reparar grandes pérdidas, para enjugar lágrimas amargas y mantener un gran número de obras buenas, que poco antes eran sostenidas por ricas fundaciones, de las cuales se han apoderado los espoliadores que probablemente han deseado aniquilarlas.

En el mundo, la fuerza y la autoridad son impotentes para conservar el orden; en la Iglesia, la caridad es el lazo que une las almas, y la voz del Padre comun basta para perpetuar entre sus hijos la sumision y la paz. Tal es el dulce y consolador espectáculo que nos ofrece el *Dinero de San Pedro*, en medio de los tumultuosos desórdenes del mundo.

Se continuará.

IMPRESA DE D. TELESFORO OLIVA.